



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

12. Quid sit juspatronatûs, de quo hîc, & quotupliciter consideretur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

estur patroni, cum præsentans sit potius procurator, quam præsentator; quia actus illius non est liber, sed necessarius, & qui nominant non habent solum consentire, sed potius præsentatio videtur ab iis facta, ita ut, si præsentans nollet nominatum præsentare intra tempus, is haberetur pro præsentato, *Garc. loc. cit. n. 616. ex Gamb. l. 3. num. 392.* contra Jo. And. è contra jusp. non erit laicale, si laicus præsentare debet cum consensu ecclesiastici; secus si tantum cum consilio ecclesiastici; quia id non teneretur sequi, *Garc. ibid. ex Puteo. l. 2. decis. 506.*

9. Contra jus patron. est ecclesiasticum primò: quod etsi ortum habeat ex patrimonio vel bonis laici, fuit tamen vel ab initio v. g. in fundatione à fundatore, etiam laico, præservatum personæ ecclesiasticæ, vel postmodum hereditate, donatione, vel quovis alio titulo translatum in ecclesiam, collegium Clericorum, vel in personam ecclesiast. etiam privatam ratione dignitatis vel beneficii, annectendo illud beneficio. *Less. loc. cit. n. 20. Pirh. loc. cit. n. 3. Garc. p. 5. cit. n. 553. Barb. n. 10. citans Lamb. ubi ante a. 1. Rebuff. in pr. tit. de præsent. n. 5. & 7. Paris. de resign. l. 2. q. 4. n. 39. Lott. l. 2. q. 10. n. 6. citans Covar. c. 36. n. 5. Paris. vol. 4. conf. 35. Corrad. l. 4. c. 2. nu. 50. facta enim huiusmodi translatione, non attenditur amplius origo illius, intelligendo nimirum hæc sub dicta limitatione; nisi transferens illud aliter statuerit.*

10. Secundò: quod competit v. g. episcopo ratione domini alicujus temporalis. v. g. Comitatus vel ducatus alicujus competentis eidem episcopo occasione seu ratione suæ ecclesiæ, cum illud juspatron. habeat ortu & causam à Domino illo seu comitatu, qui est ecclesiæ, seu in bonis ecclesiæ. *Garc. l. c. n. 555. citans Velaç. p. 2. consult. 163. ad finem. Barb. n. 8.*

11. Tertio: juspatron. censetur adhuc ecclesiasticum & ecclesiasticum, quod competit laicis utriusque sexus religiosis viventibus, habitum religiosum gestantibus, gaudentibusque privilegio fori & Canonis. *Barb. loc. cit. n. 7. Lott. l. 2. q. 10. n. 44. citans Suar. de censur. to. 5. d. 22. f. 1. Malcard. de prob. conclus. 960. nu. 2. & 6. Lamb. ubi ante a. 10. Gig. de pens. q. 24. n. 5. Et in specie, quod competit Beginis, monialibus, Abbatibus, *Garc. loc. cit. citans pro hac n. 554. expressam Rotæ decisionem. Item quod spectat ad illas tertii Ordinis S. Francisci, non ut singulas, sed ut universas. Garc. n. 556. citans præter paulò ante citatos Selv. de benef. p. 3. q. 11. n. 3. Felin. Roch. & c. Lott. n. 47. Item quod spectat ad magistros seu milites Ordinum militarium D. Jacobi Calatravæ, Alacantavæ, & c. etiam conjugatos ratione magistratum aut præceptoriarum seu Commendarum. *Garc. ibid. citans Malcard. ubi ante n. 3. & ex eo Barb. loc. cit. n. 8.***

12. Quarto: idem dicendum videretur de jurep. nimirum esse ecclesiasticum, quod competit confraternitatibus vel sodalitatibus laicorum aliorum juxta *Garc. loc. cit. n. 606. Lamb. p. 1. l. 1. q. 1. a. 10. n. 4. & 5. Guetier. qq. Can. l. 1. c. 35. n. 24. & plures alios apud Garc. dum dicta confraternitates affixæ sunt alicui ecclesiæ, & maxime si ab Ordinario sint approbatæ; quia tunc, ut Lamb. licet ipsi confratres sint laici, & ex sua persona non dicantur patroni ecclesiastici, tamen quatenus faciunt collegia, quæ ecclesiæ adherent, bene dicuntur patroni ecclesiastici, & ita etiam pro rebus communibus ipsius confraternitatis conveniuntur coram iudice ecclesiastico; & non coram laico, licet*

de aliis eorum rebus, & delictis conveniantur coram iudice laico seu seculari. Sunt etiam ipsæ tales Universitates, etsi sint universitates laicorum, ut *Garc. n. 606.* dum ab Ordinario sunt approbatæ (vel etiam absque dicta approbatione, ut Castillo, Menoch, Sfortia & c. apud Garc.) loca pia, & de foro ecclesiastico; quin & loca religiosa; unde jam habebunt femetipsum ad præsentandû, nec poterunt variare ut laici. *Garc. n. 607.* Quamvis ex æquitate ad effectum derogationis & reservationum illud juspat. istiusmodi confraternitatum censendum sit laicale *Garc. n. 608.* Contrarium tamen sentientibus de his confraternitatibus, dum confratres non induuntur aut distinguuntur signo aliquo religionis; dum ipsi capellam aliquam vel beneficium collatis symbolis, vel aliter ex bonis secularibus fundant; quamvis illi in aliquibus locis vocentur ecclesia, *Less. loc. cit. n. 21. Azor. l. 2. c. 28. §. item jusp. Corr. l. 4. c. 2. n. 54. Barb. n. 15. Covar. qq. practic. c. 36. n. 8. Navar. de foro comp. conf. 3. Fusc. de visitat. l. 2. c. 14. n. 12. & alii citati à Barb. & Garc. n. 604.* juxta decis. *Rotæ in Valent. benef. 16. Octob. 1576.* quam ibidem refert *Garc. eò quòd dictæ confraternitates non gaudent privilegio fori & Canonis dici non possunt personæ ecclesiasticæ, nec pium collegium; & licet causâ pietatis instituta sint, & affixæ alicui ecclesiæ, ipsi tamen, ex quibus Collegium hoc vel universitas constat, & ad quorum suffragia sit præsentatio, sint meri laici, & hanc universitatem laicorum præsentatio spectet, & non ad ecclesiam, nec ad aliquam ecclesiasticam dignitatem. Contrarium quoque sentit *Lott. cit. q. 10. a. n. 45.* atque constare, perperam sic sentisse AA. oppositæ sententiæ; eò quòd supponatur juspatron. spectare ad ecclesiam, cui confraternitas est affixæ, & jam recedatur ab hypothese, in qua versamur; nimirum quòd illud competat ipsi confraternitati; vel retinetur eadem hypothese, nimirum quòd confratribus in solidum jus illud competat, & sic excludimus illud ab ecclesia, & jam impossibile est, illud dici ecclesiasticum, aut fieri argumentationem à Beginis vel fororibus tertii Ordinis; cum hæc supponantur propter religionem, quam habent, facere collegium vel monasterium, quòd reputatur ecclesiasticum, & vel sic ecclesiam, cui juspatron. est acquisitum; neque enim queritur, an confraternitates tales, sint loca pia ratione alterius operis, ad quòd instituta, vel etiam, an sint subiecta foro ecclesiastico; quia instituta auctoritate ecclesiastica (quòd utrumque admittit *Lott.*) sed an sint collegia ecclesiastica ratione alicujus ecclesiæ, cui juspatron. qualiter sit; quòd quia non sunt, etsi de cetero in pluribus subiecta sint episcopali jurisdictioni, affixæ etiam sint ecclesiis, in quibus habent oratoria, etiam si insuper instituta auctoritate episcopi, juspatron. iis competens non est ecclesiasticum; sed neque habent privilegium fori, quale in universum habent personæ ecclesiasticæ.*

13. Quintò: juspatron. competens seu relictum operariis, hoc est, præfectis fabricæ ecclesiæ seu economis ecclesiæ laicis, est adhuc ecclesiasticum juxta eundem *Garc. p. 5. c. 1. n. 599.* citantem pro hoc *Hieron. Paul. in practic. Cancellar. Lamb. loc. cit. a. 10. n. 6. Malcar. concl. 960. n. 14. Rebuff. in praxi tit. de præsent. n. 6. Gamb. de off. leg. l. 3. n. 390. & n. 145.* eò quòd licet sint laici, competat tamen iis illud jusp. ratione officii & administrationis honorum ecclesiæ, adeoque illud iis non prove-